



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Contra eidolorum cultum scripserit. Cap. XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

E V S E B I U S D E V I T A

suasum habui, omnium ecclesiarum ædificia, vel negligenter corruisse vel impendentis periculi metu, minime prout debuerat, refecta fuisse, frater charissime: Sic nūc cū libertas omnibus restituta sit, & draco ille, dei opt. max., prouidentia nostroque ministerio, de communi Reip. ad, ministratiōne depulsus, arbitror equidem & virtutem ac, potentiam diuinam omnibus satis constare, & eos, qui, vel timore, vel infidelitate, in peccata lapsi sunt, cum il-
lud quod reuera bonum est, satis perspiciant, in veram, & rectam viuendi viam reddituros. Quibusunque igitur, ecclesiis, vel ipse præfis, vel alii episcopi, presbyteri, &, diaconi vbi cunque terrarum, quos nosti, præficiantur, vobis omnibus videndum est, vt earum ædificia sedulo, accurentur: quò vel ea quæ remanent reficiantur, laxio-, riaque fiant, vel vbi necessitas postulauerit, de integrō, exædificentur. Quæ vero res ad ædificationem necessaria, requiruntur, eas quidem cum ipse, tum alii tuo nomine à præfectis, & magistratibus prouinciarum petent, his, ce enim per literas à me significatum est, vt omni studio, & propensione animi ea, quæ fuerint à tua sanctitate præ, scripta, subministrent. Deus te frater charissime diu flori- rentem seruet. Ista literis prodita quibusque ecclesiarum, præsidibus, in singulis nationibus etatem degentibus, mis- sa fuere. Ea quoque sedulo exequi, quæ erant his con- gruentia, prouinciarum præfectis mandatum: ac quæ legi bus erant sancita illa etiam reuera cum magna celeritate confecta.

Contra eidolorum cultum scripsit.

C A P . X L V I .

PRAETerea imperator cum sacrosanctam disciplinam, quę ad dei cultum pertinet, augere studeret, omnibus prouincialibus cuiusque nationis, qui falso ido- latriæ errore ante ipsius etatem implicati fuissent, literas dedit, prudentiisque persuasione cohortatus est eos, qui ipsius parebant imperio, vt deum omnium autho- rem agnoscerent, & ipsum Christum palam & perspicie suum seruatorem esse profiterentur. Atque istas literas imperato-

Imperatoris ipsius manu scriptas, ad presentem hanc nostram historiam necessario arbitramur adiungendum, uti audire ipsum imperatorem videamur, idem illud hoc modo quasi omnium hominum auribus inculcantem.

*Victor Constantinus. Max. Augustus, prouincialibus
Orientem incolentibus. s.*

Constantini ad provincias contra errorem multiplicis deorum cultus decretum, & de virtute & vtilio prefatio.

CAP. XLVII.

QUæcunque firmissimis summisque naturæ legibus continentur, ea omnia prouidentiæ & diuinæ soler-
tuæ per ipsorum descriptionem diuinitus ordinatæ,
satis illustre specimen omnibus dant. Neque illa existet
dubitatio, quin accurata synceræ rationis, & rerū simul
in cernendi sensum incurrientium comprehensio, uno
veræ & perfectæ virtutis subsidio adiuncto, sit eos (quo-
rum animus, scientiæ quasi vestigiis recta insistens, ad il-
lum finem fertur) tandem ad dei cognitionem deductu-
ra. Quapropter quisque vir prudens non aliquando ani-
mo conturbetur, cum multos animaduertat, contraria vi-
triæ instituta consecutari. virtutis enim decus in occulto
lateret, si non vitiositas, vitam peruersam & insolentem
illi, tanquam ex aduerso respondentem opponeret. Ve-
rum quod & virtuti corona sit proposita, & iudicio dei
summi omnium moderatoris coercentur vitiositas, ego
quoad fieri potest, iuxta eam spē, quæ ea de remeo in ani-
mo insidet, perspicuè vobis omnibus aperire conabor.

De pii Constantini patre, & Diocletiano, & Maximiano persequitoribus. CAP. XLVIII.

Imperatores, qui ante hoc tempus ad Reipubli-
cæ gubernacula fuderunt, propter agrestes, cre-
do & inhumanos mores, exhaeredati sunt. At-
que ut pater meus, admirabili cum pietate, in
omnibus suis rebus gerendis, Deo patre inuocato,